



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XLIII. Das Kloster zu Diesdorf bekundet die Gedächtnißstiftung Gerhard's Drusedow, am 20. Januar 1332.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XLIII. Das Kloster zu Diesdorf befundet die Gedächtnisstiftung Gerhard's Drusedou,  
am 20. Januar 1332.

Quoniam labilis est memoria hominum et sensus hominum semper proni ad malum. Hinc est quod nos Henricus prepositus, Gerburgis priorissa, totumque collegium in Distorpe sanctimonialium recognoscimus publice per presentes, Quod prepositus, qui nunc est et erit pro tempore, dabit Dominabus ad officium caritatis XXIV solidos quolibet anno in festo Martini sine aliqua protractione. Quos quidem comparavit nobis cum elemosinis suis nomine Gherhardus Drusedou. Dicto Gherhardo de hoc Seculo migrante dabuntur predicti denarii perhenniter in anniverfario suo ac predictae conthoralis sue cum cervisia et albo pane, sicuti in privilegiis ad altare S. Nicolai est specificatum. Datum anno domini M°. CCC°. XXXII°. in die Fabiani et Sebstiani martirum.

Gercken's Dipl. II, 189.

XLIV. Propst und Consent des Klosters Diesdorf befunden die von einer Nonne in der Krypta  
vorgenommene Stiftung eines ewig brennenden Lichtes, am 1. Mai 1332.

Henricus, Dei Gratia Prepositus, Gerburgis Priorissa totusque Conventus Sanctimonialium in Distorpe, Omnibus hanc paginam inspecturis Salutem in eo, qui neminem vult perire. Noscant homines presentis temporis et futuri, quod Domina Gerburgis de Woldenberg, Sanctimonialis in Distorpe, Suorum nobilium amicorum auxilio, in Villa Dulzberghe, in Curia, in qua nunc est residens nomine Henneke Leyfendorpe, pro octo Marcis puri argenti, dimidium Chorum siliginis redditus annuatim a nobis perpetue comparavit, annis singulis in festo beati Martini Episcopi amicabilem presentandum, Sub hac forma, quod predictus Chorus dimidius maneat perpetue ad illud lumen, quod ardet die noctuque in Cripta, ubi requiescit Corpus Jesu Christi, hoc addito, quod Si desolaretur predicta Curia propter malum Statum terre, tunc Prepositus, qui nunc est et erit pro tempore, dabit predictum dimidium Chorum de nostro granario sine aliquo impedimento. Igitur ut factum nostrum Super eo a nostris Successoribus rite teneatur, presens Scriptum nostrorum Sigillorum munimine fecimus roborari. Datum anno Domini millesimo tricentesimo trigesimo Secundo, in die Apostolorum philippi et Jacobi.

Gundling'sche Urkundenammlung III, 2 S. 10. — Beckmann's Beschreib. V, I, X, Sp. 149.